

caelis fortuna pendere depressam exollere eru-  
besco, ne et alta miseriarum mearum conscia fi-  
ant: oculos (audi si quis rerum humanarum ca-  
sus gubernas) hos ipsos oculos, quorum aures, et  
geminos soles adorabant omnes, nunc ad meas  
ad filiorum, ad coniugis calamitates, in lacry-  
mas liquantur, qui imperantem Ierosolymam  
nuper gloriosi contemplantur, triumphos nu-  
merabant, admirabantur diuitias, nunc spectu-  
culum ipsis coelitis ingemiscendum, sua in-  
fama spectatores esse coguntur, et in funebri  
crudelissima sortis scena suas miseras inbu-  
entur, quae etiam sepultam inter proprias rui-  
nas civitatem, cinium flagrantis rogos, par-  
vulorum strages senum funera, sepulchrorum  
et maiorum cineres violatos, contaminata san-  
guine templa, immolata super aras sacerdotum  
capita, procerum cadavera obtruncata, vincula  
Regem securi destinatos (vince anime tuos  
dolores) et letho sacros liberos, coniugem  
carceribus iniecitam: et utinam haec miseriarum  
sit catastrophe. Nescio quid crudele, atrox,